



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm Privilegiorum Regularivm In Commvni

Pedro <de los Angeles>

Coloniæ Agrippinæ, 1681


Punctum IV. Qualiter revocanda sunt privilegia, ut dictum effectum
sortiatur revocatis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61715)

Quis sit
ille Su-
perior,
qui po-
test pri-
vilegia
revocare

num. 17. Diana *part. 4. tract. 3. resol. 51.* Bruno *tract. 1. c. 6. propos. 5.*
37. Sed in fine puncti hujus ro-
gabis, quis sit ille Superior, qui potest
privilegium, gratiam, vel dispensa-
tionem concessam revocare, casu
quo revocabilia sint? § Responde-
tur juxta à nobis dicta *tom. 3. tract. 11. cap. 6. num. 97.* dum ageremus de le-
gum dispensatione, quod Superior,
qui concessit dispensationem, aut
privilegium, & validè, & licitè potest
ex justa causa illud revocare. Tum:
quia ex ejus mera voluntate depen-
det. Tum: quia sub hac tacita con-
ditione Privilegia censentur concessa;
*nisi revocavero, quandiu non revoca-
vero*: atque idem est de Successore in
sua Dignitate. Potest ergo qui con-
cessit, revocare privilegium, etiam
sine causa valide: quia ex ejus volun-
tate in fieri, & conservari dependet;
sed illicitè, quia esset quædam levitas,
& animi inconstantia, ut in conclu-
sione prima hujus puncti diceba-
mus; sed solum esset veniale, si abs-
que scandalo, aliove damno id effi-
ceret, ut *loco citato*, ex Tapia, & Bo-
nacin. probavimus. Inferior autem
dispensationem aut privilegium à
Superiore concessum nequit revocare,
quia non potest ejus actus in-
fringere: at Superior potest privile-
gium aut dispensationem expeditam
ab inferiori, in lege Superioris, etiam
contra legem ipsius inferioris revocare:
quia inferior potestas, est Superi-
ori subordinata, ut eam corrigere,
suspendere, ac revocare valeat; sed
illicite hoc fieret sine causa: quia est
contra debitum ordinem, & hono-

rem, ac decorem inferioris Prælati,
illius acta sine causa infringere, &
cum damno illorum, quibus ratio-
nabiliter erat dispensatio concessa:
& sic erit peccatum grave, vel leve
juxta gravitatem damni inde sequen-
ti, ut ibidem diximus. § At cum infe-
rior, privilegium, vel dispensationem
ex commissione Superioris concedit
contra legem, vel præter legem ip-
sius Superioris; ipse inferior potest il-
lam & licitè, & validè cum causa re-
vocare: at sine illa nec licitè, nec va-
lidè potest. Potest quidem cum illa,
quia facultati concedendi privile-
gium, vel dispensationem, annexa est
facultas revocandi: ergo sicut infe-
rior ex commissione Superioris in
ejus lege dispensans, validè, & licitè
dispensat, cum causa, & sine illa nec
licitè, nec validè; sic quando revocat
privilegium concessum, aut dispen-
sationem. Sic nos *loc. citat. num. 99.*
cum Tapia, Suarez, Bonac. Sanchez,
Salas, & Martinez, adde Basilium,
lib. 8. de matr. c. 19. n. 15. Palau *tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 2 l. 3. num. 3.*



PUNCTUM IV.

*Qualiter revocanda sunt privilegia,
ut dictum est dum sortiatur
revocatis?*

38. **D**Uplex assignatur ab Au- Revoca-
thoribus revocatio: Alia tunc ex-
expressa, illa nimirum, quæ fit verbis pressa &
expressis, revocamus, annullamus, & tacita
similibus, Quæ potest esse vel spe- explici-
cialis, cantur.

cialis, vel generalis. Specialis dicitur, quando per eam revocatur aliquod privilegium speciale in particulari. Generalis cum non specificatur aliquod privilegium, quod revocetur; sed in genere, & in communi dicuntur revocari omnia privilegia, & indulta in contrarium: ut quando ponitur clausula: *Non obstantibus quibuscumque privilegiis*. Alia *tacita*, ut quando Princeps facit aliquid, ordinar, seu concedit, quod non potest subsistere, seu habere effectum intentum, nisi revocetur privilegium in contrarium. Ut expressè revocari privilegium possit, sufficit clausula generalis: *revocamus, annullamus, hoc fiat non obstantibus, &c.* (nisi in casibus infra assignandis) quia hæc clausula est de se sufficiens quælibet privilegia revocare, nisi ob speciales rationes exigatur amplius. Palaus *disp. 4. punct. 2. §. 4. num. 2.* Basil. *lib. 8. cap. 19. num. 6.* Suarez *lib. 8. de legib. cap. 38. n. 3.* Lezana *tom. 2. verb. privileg. num. 21.* Bonacin. *disp. 1. q. 3. punct. 8. n. 11.* Salas *disp. 17. sect. 14. n. 71. 73. & 79.*

Quæ pri- 39. Excipiuntur ab hac regula, vilegia Primo privilegia Regularium, pro non re- pter dicta nu. 36. § Secundo privile- vocan- gia per modum contractus vel one- tur per rōsi, vel remunerativi ex justitia, quæ clausulas revocata non censentur per quam- commu- cumque clausulam generalem, nisi in nes. ea, privilegia etiam per modum contractus concessa, specificentur: quia cum sint ex se irrevocabilia, nisi ob publicam causam, & facta compensatione debita, revocari minime

presumuntur, nisi exprimantur. Bassæus *verb. privilegium 3. num. 3.* Suarez Basil. Palaus, Bonac. Lezana *locis citatis.* § Tertio, privilegia, quæ aliqua clausula fulciuntur, ut revocari non possint, nisi de eis expressa mentio fiat, nisi eorum tenores de verbo ad verbum referantur, quæ per clausulas generales quantumvis geminantur, non revocarentur: nam ea clausula, quæ roborata sunt, aliquid aliud exigunt, quam alia privilegia, quæ simili fulcramento carent. Cæterum similia privilegia sufficienter revocata censentur, si in revocatoria dicatur: *Omnia revocamus privilegia, etiamsi in eis clausula requiratur, quod de eis expressa mentio fiat: vel privilegia, quacumque clausula munita: vel sub quacumque forma concessa, &c.* & ratio est, quia cogendus non est Pontifex, ut de verbo ad verbum talia privilegia referat, quæ fortasse scire non potest: nec est privandus facultate revocandi illa: ergo satis est, ut per alia verba generalia, quæ priora comprehendant, sufficienter explicet suam mentem. Lezana *loco citato, num. 21.* Pellizzar. *num. 98.* Bassæus *verb. privilegium 3. numero tertio.* Suarez *cap. 38. n. 11.* Palaus *num. 4.* Garcia *tractatu 8. diff. 1. dub. 6. num. 5.* N. Pr. Pettus ab Angelis *disp. 4. sect. 2. num. 33.* Basil. *num. 16.* Bonac. *n. 11.* Salas *disp. 17. sect. 14. num. 71.*

40. Tertio, excipiuntur privilegia inserta in Corpore Juris: quia hæc sunt verè leges, & Canones. Unde nisi dicatur in revocatio-

Alia privilegia, quæ per clausulas

Zz 2

communes non revocantur.

catione: non obstantibus quibuscumque privilegiis, Constitutionibus, aut Legibus in contrarium, &c. non censentur revocata. Et quia creditur Principem nosse Jus Commune, & sic si illud vellet revocare, expresse illius mentionem faceret. Sic communiter Doctores, cum *Glossa authentica quia in Provincia, Cod. ubi de crimine agi oportet, verbo omni privilegio*, Salas numero 73. Basil. num. 16. Suarez numero 1. Palus num. 5. Pellizzar. tract. 8. cap. 1. sect. 5. num. 98. Bassæus num. 3. Lezana num. 21. Bordon. resol. 52. num. 129. Rodriguez tom. 1. qq. quest. 59. artic. 2. § Excipiuntur quoque vivæ vocis Oracula, quæ per revocationem generalem privilegiorum, non intelliguntur revocata, nisi de illis mentio fiat: quia licet gratiæ oretenus solummodò factæ sunt privilegia; tamen in communi, & propria significatione illius vocis privilegia non veniunt intelligenda Oracula, nisi addatur oretenus concessa; quandoquidem in acceptatione communi, sub nomine privilegij, solum privilegia scripta denotantur: & cum in odiosis restrictio sit faciendâ, sicut in favorabilibus ampliatio; sub revocatione generali privilegiorum non sunt intelligenda Oracula. Pellizzar. sect. 1. questione 19. Lezana tomo 1. capite 3. numero 21. Donatus tractat. 15. questione 3. Bordon. de Oracul. resolutione 31. questione 1. numero 1. Peyrin. tomo 1. de privileg. ad constitut. 4. Julij III. §. 3. n. 26. in fine, Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 24. numero 8. Hieronym. Rodriguez in compend. resol. 117. n. 1. & sequentibus.

41. Denique excipiuntur privilegia à Concilio aliquo Generali concessa, quæ non intelliguntur revocata per quascumque clausulas revocatorias, nisi de illis expressa mentio fiat, etiamsi tales clausulæ sint revocatoriæ quarumcumque legum, aut Canonum: quia privilegia concessa à Concilio Generali, in quo tot viri gravissimi, & Doctissimi concurrunt, mature, & cum magna deliberatione conceduntur: & ob ejus Authoritatem censentur habere clausulam derogatoriam, adversus alia postea decernenda. Cap. unic. de excessib. Pralatorum. Et sic sub quacumque clausula generali minime derogata censentur, nisi de illis fiat expressa mentio, saltè sub illis verbis; non obstante quacumque Constitutione, etiam à Concilio Generali edita: ut colligitur ex cap. ex parte, capite ultimo. de capellis monachor. Sic Covarruv. 4. variar. cap. 16. num. 4. Pellizzar. num. 78. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 26. num. 7. Molina de justit. tractat. 2. dissertatione 173. vers. occasione, Bassæus verb. privileg. 3. num. 3. Bonacina disputat. 1. quasi. 3. punct. 8. num. 13. Pr. Petrus ab Angelis disput. 4. sect. 3. num. 25. Palus tract. 3. disput. 4. punct. 21. §. 4. num. 6. § Imò addendum judicamus, quod ut revocentur privilegia interta in Tridentino, vel ab ipso confirmata, non sufficiunt clausulæ communes, & generales revocatoriæ etiam cujuscumque Concilij Generalis, nisi Tridentini specifica mentio fiat. Tum, ob magnam ejus Authoritatem. Tum etiam: quia Generale Concilium Novum, ut est Tri-

Privilegia à Concilio Generali concessa non revocantur per clausulas generales.

den-

dentinum exacte cognoscit convenientiam, & disconvenientiam, rerum pro statu presentis: & hoc cum maturo, & exacto examine Sapientissimorum Virorum: ex quo habet majorem resistantiam pro futuris dispositionibus, quam alia Concilia Generalia antiqua, & sic indiget fortiori, & expressiori revocatione, qualis est specifica, & individualis. Montelinus in *manuscriptis de poenitentia, disputat. 2. quest. 3. num. 1.* Azor. *part. 2. lib. 8. cap. 8. quest. 7.* Sanch. *supr. num. 7.* Henriquez *lib. 7. de indulg. cap. 26. num. 3.* Bassæus *num. 3.* Vivaldus *candelabr. 3. p. cap. 1. 2. num. 12.* Salgado *de revent. Bullar. part. 2. cap. 1. num. 62.* Bossius *sect. 1. jubil. casu 10. numero 12. & 13.* Zerola *in praxi parte 2. verb. absolut. §. dico tertio.* licet alij oppositum arbitrentur.

Quando constat de mente Pontificis per clausulas generales, dicta privilegia exempta revocantur.

42. Dictæ autem exceptiones intelligendæ sunt, nisi aliter constet de mente revocantis: si enim constaret Principem in Bullis, verbis generalibus: *non obstantibus, &c.* velle etiam dicta privilegia revocare tametsi exempta, verè revocata erunt: quia hæc, vel illa verba solum apponuntur ad denotandum ejus voluntatem: ergo quocumque modo hæc denotetur, etiamsi formulam communem non servet Princeps, privilegium revocabit. Unde fit, quod si revocatio fiat motu proprio, & ex certa scientia, vel ex plenitudine Potestatis, privilegia quomodocumque qualificata revocantur, (exceptis privilegiis, quæ in contractu oneroso fundantur, & idem est de illis, quæ jus tertij lædunt in re gravi acquisitum, &

possessum tempore à lege præscripto) quia ista clausulæ, ut infra dicemus, denotant cognitionem saltem confusam, & voluntatem Pontificis revocantis, quod solum requiritur ad veram revocationem. Pellizzar. *tract. 8. cap. 1. sect. 5. num. 58.* Bassæus *verb. privilegium 3. num. 3.* N. Pr. Petrus ab Angelis *disp. 4. sect. 2. num. 39.* Sanchez *lib. 3. de matrimonio disp. 26. num. 7.* Bonacina *sup. num. 13. circa finem.* Henriquez *lib. 7. de indulgentiis cap. 26. num. 3.* Palaus *§. 3. num. 7.* Qui inde bene infert quod dispensationes super impedimentis affinitatis, & consanguinitatis, quæ obtinentur à Pontifice, vel Sacra Pœnitentia sub illa clausula, *non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque quibuscumque contrariis,* validæ sint, licet non fiat expressa mentio Concilij Generalis: quia ex usu, & praxi constat Pontificem velle, pro illo casu speciali, dispositioni Generalis Concilij derogare.

43. Loquendo verò de revocatione tacita, quæ fit vel per legem, vel privilegium, aut alium actum contrarium præcedenti privilegio, statutum est, quod si novum privilegium, vel dispositio, quæ contrariatur antiquo privilegio expediatur ex scientia, & notitia prioris privilegij, antiquo derogatum manet, in ea parte, qua novæ dispositioni est contrarium, ne dicamus Principem noviter aliquid disponentem, velle actum nullum efficere, quod de illo non est præsumendum. Sed hoc ut diximus intelligitur quando Princeps

Quando nova Principis dispositio revocet privilegium antiquum?

ceps ex certa scientia prioris procedit: quia hæc derogatio debet esse libera, & voluntaria, & sic ex cognitione derogantis procedere. *Cap. cum nulli, de rescriptis, cap. 6. de Constitutionibus in 6.* Et hoc solum in ea parte, qua illi est contrarium: quia si dispositio nova salvatur cum sola derogatione prioris privilegij quoad partem; tunc solum quoad illam, non quoad totum censetur antiquo privilegio derogatum; quia derogatio est odiosa, & sic quantum possibile est restringenda. Ut si à Te habente privilegium non solvendi tributum exigatur de mandato Principis tributum, judicandum est exigi pro illa vice dumtaxat, vel pro illo anno: & sic quoad illam partem privilegio derogabitur; non tamen auferetur privilegium absolute; sed integrum relinquetur pro reliquis annis: *Basil. lib. 8. de matrim. cap. 19. §. 2. num. 17. Bonac. disput. 1. quest. 3. punct. 8. numero 14. Bordon. resol. 52. numero 134. Portel. in dubiis Regul. verb. privileg. Revocatio, numero 14. Suarez lib. 8. de legibus cap. 38. num. 6. Palaus tract. 3. disp. 4. punct. 21. §. 4. n. 8. Noster Pr. Petrus ab Angelis disputatione 4. sect. 2. num. 19. & 23. § Sed difficultas est, an præsumenda sit talis scientia in Principe, cum verba novæ dispositionis, legis, aut privilegij nihil aliud continent, quam novam ordinationem contrariam privilegio absque illius aliqua clausula derogatoria?*

Quando 44. Ad quod dicimus: quod aut præsumitur in Principe privilegium antiquum est insertum in Corpore juris, aut extra illud? Si primum, manet illi derogatum, per

dispositionem illi contrariam, etiam si in ea non sit clausula revocatoria illius: quia non præsumitur ignorare Principem ea, quæ sunt inserta in Corpore Juris. *Cap. 1. de Constitutionibus in 6.* Unde hoc ipso, quod legem statuat, vel privilegium concedat contrarium alteri, quod erat in Jure Communi, præsumitur hoc velle revocare. Si secundum, lege universali illius mentionem non faciente non revocatur; quia non præsumitur in Principe notitia illius specialis privilegij: quia est speciale, & privatum jus, quod non semper venit ad notitiam Principis. *Cap. dicto 1. de Constitutionibus in 6. ibi: licet princeps præsumatur scire ea, quæ sunt Juris Communis, tamen ignorare potest jura, facta, & consuetudines privatas.* *Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 17. Bassæus verb. privileg. 3. num. 4. Pellizzar. tractat. 8. cap. 5. sect. 5. num. 99. Bonac. §. 3. num. 15. Palaus §. 4. num. 10. Basil. numero 19. Suarez lib. 8. cap. 39. num. 2. Salas disputatione 17. sect. 14. nu. 74 § Idem dicimus de privilegio novo, jam præexistenti contrariò, quod si antiquum sit insertum in Corpore Juris, manet ei derogatum per novum, in qua parte est illi contrarium, etiam si in isto nulla illius fiat mentio, sive secundum sit speciale, sive generale: quia primum jam præsumitur à Principe scitum. Si vero primum sit extra Corpus Juris, non derogatur ei per subsequens, quia illius scientia in Principe non præsumitur. Sic Auctores citati.*

notitia
prioris
privilegij?

PUNC-